

ARITHMETICES

4 Paterfamilias dat seruo singulis hebdomadibus 18 solidos, quot dat septimanis 12. & diebus 3. Respon-
deo: 10 aureos, 13 solidos, 8 denarios ξ . Ex septima-
nis fiant dies, & addantur dies 3 in quaestione, fiuntq;
dies 87. Colloco igitur hoc modo:

Dies	solidi	dies
7	18	87

5 2 Haleces empti sunt denarij 5. quot emuntur
aureis 3. Colloco sic:

Denarij	Haleces	Denarij
5	2	756

Aurei in denarios reducendi sunt, fiuntq; dena-
rij 756. facit igitur haleces 302.

6 Emit quispiam ulnas 32 aureis 28. quanti emit
ulnas 6? Respond. aureis 5. solidis 5. & denariolis 3.
Colloco hoc modo:

Vlnæ	Aurei	Vlnæ
32	28	6

In diuisione aureorum remanent aurei 8, qui re-
ducendi sunt in solidos 168. in diuisione solidorum re-
manent solidi 8. qui reducendi sunt in denariolos
96. & sic in singulis fiat diuisio per 32.

TABVLA DE NVMERIS Latinis, Germanicis, Arith- meticis.

Vnũ